

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. VIII. Idem aliorum exemplis illustratur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

mema admiratione, quod est; mira h.e.c exteriū ostendendo, qua non est. Hinc enim de sapientia scriptum est: In viis ostendit se hilariter, & omni providentiā occurrit illis. Vix quippe ad Creatorem sunt, opera considerata Creatoris. Que dum facta cernimus, potentiam factoris miramur. In ista viis omni nobis providentiā occurrit, quia factoris nō virtus inquirendā proponit in omne, quod mirabiliter factum videtur: quocunque se verterit anima, si vigilanter intendit, in iisdem ipsis Deum inventum, per quae reliquit, ejusque potentiam ex eorum rursus consideratione cognoscit, quorum amore deservit: & per quae perversè cecidit, per hec conversa revocatur. Vbi enim lapsi sumus, ibi incumbimus ut surgamus: & quasi ipsis surgendo manū considerationis figimur, ubi pede amoris lubrici correntes negligendo jacebamus. Quis enim ab invisibilibus per visibilium cecidimus, dignum est, ut ab invisibilis ipsis rursum visibilibus innatimur: ut quo casu anima venit ad infima, eo gradu revertatur ad summa, atque ipsisdem, quibus corruit, paſſibus surgat, dum illa nos ad Deum bene considerata revocant, que nos ab eo, male electa, diviserunt. Ipsi enim rebus creatis atque corporeis agnoscamus, quantum à Creatoris nostri sublimitate distamus; quia per omne, quod cernimus, esse humiles admonemur; ut quasi quadam sit elec*tio* mentis nostra, species considerata creature.

§. III.

Res ergo conditae vestigia Dei sunt. Quocirca re conditae vestigia Deum modo aliquo contare licet. Quod Paulus afferens: Querere Deum, inquit, si forte attrahent eum, aut inventant; quamvis non longe sit ab unoquoque nostrum. Sed & Erculum sunt omnia à Deo condita. Huc adit *Gustatus*, invitante Hebræo Psalte: *Gustate & videte, quamam suavitatem Dominus*. Vel panis bucea in mensa plurimorum Dei beneficiorum moneat. Quantū laboris est, dum in panem formetur leges. Frumentum enim seritur, omnes tempestates satum excipit, meritur, tritatur, molitur, in massam cogitur, committitur furo, p̄sistit dum inferatur ori. Sed quanta alia sunt in mensa; hic quidem lixa, hic aspa, hic frixa; quanta carnium, juculorum, oleris, ciborum aliorum varietas? *Gustate*: à Deo haec sunt omnia; sub his omnibus later conditor. Sed & Thibulum Thibulum sunt creatae omnia. Ad odorandum hoc thuris genus invitatur *Odoratus*. Ipsi etiam impi & blasphemii laudant Deum. Nam & in his eluet Dei potentia, quae fecit illos; bonitas & sapientia, quae regit illos; misericordia & justitia, quae expectat illos, ut resipiscant & penas dependent pœnitentiā. Differunt aut reculandū. Ad pœnam non emansuram destinantur. Sed & Organum Organum sunt sociatā vocum concordiā. Huc *Auditus* accersitur. Nam, *Celi enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum*. Pythagoras è celestium orbium motu necio quam harmoniam & concentum resulstare somniabat. At vero somnium non est Augustini pronuntiatum: *Celum & terra clamant, ut amemus te Deus*. Hos clamores observamus, si surdi non sumus. Sed & Dei speculum sunt creatae omnes. Hoc speculum consulete, oculorum, & *Visus* est. Si quis ante speculum constat, & ab illius tergo alijs, cuius solum vultum in speculo cernat alter, quamvis ipsūsum hominem non cernat, si eum tamen alias viderit aut noverit, dicit: *Hic ipsissimus est, quem vidi, aut novi*. Ita nos olim in cælo pronuntiabimus: *Hic illi nostrum omnium est conditor, quem eritiam mortales in rebus conditis spectavimus*. Omnes homines, ait Jobus, vident eum, unusquisque inuestit procul. Hunc subsecutus Paulus: *Nos vero omnes, inquit, revelata facie contemplantes gloriam Domini*. Adhuc quidem per speculum, in ænigmate, Deum videmus, velo tamen amore per Evangelii doctrinam. Hinc olim fatebimur, illum ipsum Deum, quem plenissime vistum sumus, jam antè in rebus conditis, sed longè obscurius à nobis suffice vistum. Sed & *Liber* ac volumen est grande quidquid uspiam creatum. In hoc libro tot characteres, tot syllaba, tot verba sunt, quotquot res conditæ. Opti-

A mē dixit Clemens Alexandrinus: *Creatio Mundi, scriptura Dei*. Mundus Trismegistro veteri Liber est divinitate plenus, speculum divinorum. Deus reverā perfectius ac Deus est potentius est in toto Mondo, & quavis Mundi parte perfectius in toto nūquam inclusus, nūquam exclusus quam anima in mundo corpore. Vermiculus viliissimus, si naturam ipsius spe- quam ani- mē, tam est perfectus, quam nobilissimus Angelus, ma in cor-

Omnia verò, quæ sanguis adeo nūc jucunda, quæ gustari potest.

suavia, quæ olfieri grata, quæ apici tali amena sunt, hæc simul omnia ad Deum collata sunt velut arenula ad montem Olympum, velut scintilla ad ignem immensum, velut guttula ad totum oceanum. Sciam proclamat Sapientia, quād hīs dominator eorum speciōsor est: *Sap. cap. 13.*

ei enim generat hæc omnia constituit. Innumerous olim v. 3.

Mundos, qui creari potuerint, in Deo summā sum voluptate spectabimus. Ad æternum hoc spectaculum in-

vitans Augustinus: *Quid est ipse Deus, inquit, qui talia ac Aug. tom.*

tanta preparavit, quid nisi inestimabilis, ineffabilis, incompre- 10. serm. 1.

hensibilis: ultra omnia, extra omnia, præter omnia. Omnum de verbis

creaturam suam excedit, omnem facturam præterit *Universa 1. mihi pag.*

præcellit. Si enim quæras magnitudinem, majore est; si pulchritu- 93.

dinem, pulchrior; si dulcedinem dulcior; si splendorum fulgidior;

si justitiam, justior; si fortitudinem, fortior; si pietatem, clemen- tior.

Nulla enim ratio patitur, ut vel factura factori suo aque- tur, vel opus artifici comparetur. Sicut legitur in Prophetā: Qui

fecit fortia, fortior est & qui fecit pulchra pulchrior est illis.

Quid igitur o mortales, mellis guttulas lingitis, quid

umbras vanissimas, quid res conditas conditore spreto

tam perdite amatis? Amate bonum unum, bonum ve- rum, bonum pulchrum, in quo vera, & bona, & pulchra

sunt omnia. Alioqui eveniet vobis, quod decepto cani,

qui carnium umbras pro carnibus appetebat. Deum

querite in rebus omnibus. Nam, quod Augustinus af-

ferit: *Querentes inveniant eum, & invenientes laudant eum. Conf. c. 1.*

Letentur cor querentium Dominum. Exultent & letentur in te Ps. 69. v. 5.

omnes, qui querunt te. Quarite Dominum, & vivet anima ve- Ps. 68. v. 33.

C fra.

CAPUT VIII.

Ideū aliorum exemplis illustratur.

Deum in re omni querere, sublidum ingens spiritalis vita. Quod Hebreus rex David unicē comendans. Querite Dominum, inquit, & confirmamini, que- Ps. 104. v. 4. rite faciem eius semper. Qui Deum hac assiduitate querit, Deum ubique invenit, & in rebus omnibus. Utile hoc, inquietus, sed difficile. Non autem difficile amanti. Errabicit verus amor fateri quidquam sibi difficile. Deinde multa hoc uno sunt difficulta, quia non affuet. Ex fre- querentis actibus consurgit habitus. Quod s̄epe fit, fa- Deum non cilē fit. Nos plerumque impatiens moræ aut ardoris le- succēsū producendum diutius laborem ante finem fi- nimus. Hinc nisi actutus conatu respondat secundus exitus, mox animis abjectis querimur: Non succedit res; Nihil ago. Hinc illæ voces: Non possum vigilare, jeju- nare, & ab illis atque istis temperare non possum. Heus, ô boni, vigilando vigilare discimus, jejunando jejunare, ab illis atque illis temperando discimus temperare. Hic opus prolixiore paullulum patientiā, dum res in usum ac consuetudinem ducatur. Ita protulit querere Deum in rebus omnibus non difficile amanti, non difficile affuet. Sed non amanti & nauseanti, aut affuetere re- cusanti difficile. Scilicet invitis canibus venatio injuncta. Ita Deum non continuū invenit, qui eum aded desidiosē querit. Quarite Dominum, & confirmamini, que- re rite faciem eius semper. Atque ut dictis fides sit, id exemplis jam monstrandum. Ab iis hoc optimè discernimus, qui peritissimē istud sunt executi.

S. I. Que-

§. I.

Querite faciem ejus semper. Quā in re artificium mon-
rebus ob-
viis, qua-
ernuntur,
parabolis
desumptis
ut homi-
nes ad Deū
traderetur.

Querite faciem ejus semper. Quā in re artificium mon-
rebus ob-
viis, qua-
ernuntur,
parabolis
desumptis
ut homi-
nes ad Deū
traderetur.

Querite faciem ejus semper. Qui cernuntur, & audiuntur, parabolam desumens, hominem peccatis obnoxium cum asino in purgum lapsi contrulit; quinque panes ex hordeo ad Eucaristiam transtulit; lemen frumenti, cum Verbo Dei, thesaum in agro re-
pertum cum celo comparavit. Ita denarium vinea diur-
num, sicutum infocundam ab olitore succidendam, aliā-
que complura talia ad mores, ad animum, ad interiora,
ad Deum traduxit. Perinde si dixisset: Omnia, que vel
cernuntur, vel auditur, vel tanguntur, vel etiam odorantur &
gustantur, ad animum & interiora, ad Deum & sublimia
ducite. Quarite Dominum, quarite faciem ejus semper. Qui
noctu cernit faculas caelestes, stellas velut in excubiis vi-
gilantes, an non ipse sibi dixerit: Hæc illa mihi promissa
domus mea formosissima; hanc conduxi: Et quando
illuc immigrabo? Qui cantantes audit aviculas; si An-
gelos, calicisque ceteros meditetur, qui Deum iugis laude
afficiunt. Qui pecunias trahat, recte quæsicerit, quod
monetae genus probatur in celo? Qui mensa affideret,
opportune cogitet: Beatus, qui manducat panem in regno
Dei. Qui cubitum it, animum ad æternitatem domum
erigat, dicatque sibi: Illuc nos dormire non sine aur vo-
lupratum in celo, aut tormentorum in orco immensas.
Non absimili modo in rebus alius omnibus mens
celo attollenda.

Quā in re Paulus exercitatissimus, cùm de gentibus
ad Christum trahendis ageret, de hortulano & insitu-
ne, de arboribus ex arbore in arborem inferendis disser-
uit; cùm de Christianorum lucis loqueretur, gymna-
sia, palestris, stadium, agonem, bravium sub oculos pos-
sunt, hoc fine, ut per ea, quæ cerni possunt, ad ea quæ
oculis subjecta non sunt, transiremus.

Sulpicius ep. Martinus Turonensis Praeful (quod Severus Sulpicius testatur) Condacensis suam diœcesin obiens cum suis, in itinere vidit, quæ volucres, mergi, furarentur pi-
ad Bassa- lam scorum suam.
fices: Hæc, inquit, forma dæmonum est; infidiantur in-
cauti, capiunt nescientes, captos devorant, nec saturari queunt devoratis. Jucundissimum simul & utilissi-
mum, Deum in rebus omnibus & præsentem, & agen-
tem invenire.

Cucus Joannes Climacus dum œnobia ordinanda lustra-
quidam te- ret, cocum reperit, qui dono lacrymarum pollebat.
ligiosus ex Hunc serio interrogans: Quæsto te, mi frater, aiebat, unde tibi hæc juges lacrymæ? Ad ista religiosus ille plorator: Ego, inquit, meo munere ita fungor, ut Christo ejusque discipulis coquere me censem, quidquid eborum paro; Cùm ad luculentum focum sto, & ignem sentio, ignium submoneor Avernaliū. Hinc iti oculorum rores. Proclarè sapuit illiteratus hic œnobia, qui ter-
fissimi usus conspiciliis, pro suis fratribus Christum &
Apostolos, in igne foci videre. Tibi visus est ignes Averni. Ita in suo quæque officio in suum usum omnia trahet, si velit, in omnibus quærendo Deum.

Socrat. bish. Ita Pambo, vir notus è sanctimoniam, invitatus Atha-
Tripart. l. 8. nasi precibus Alexandriam contendit, in via feminam
cap. 1. vidit ad omnem luxum exquisitissime comptam. Non
Duplex lu- continuit lacrymas Pambo ad aspectum tam insolentem.
cūs causa in Pambo- Rogatus caufam tam libiti fletus. Qui duplē assignans: Primo, inquit, hac femina in suammet alio-
rumque perniciem tantis impendi & laboribus se ornari; Ego verò quod alterum est, tantis studiis atque ni-
tibus non contendō, ut Deo placem in meum bonum, quantis illa ut placeat hominibus in suum malum. O si ego tam sedulus sim, ut serviam Deo, quam illa est, ut obsequiar Mondo & diabolo! Ita vir sanctus in ipsa vanitate faciem Domini, quam quærebat affidue, in-
venit.

§. II.

Franciscus Borgias Dux Gandia ad modestiam, sub-
missionem, siue despiciuntiam omnia trahens, Schola
Deum reperit in omnibus. Romam iverat nobili comi-
tatu Borgias, cui purpurati senatores ex more obviam
misericordia mulos. Ille ad occursum hunc: Nihil, inquietus
bat, opportunius, bestia bestiam excepture adveniunt. Franci-
sus Borgias: Ego mihi, mi Deum singulari gratia in suam
familiam asceri. Forte illi nobilissimus Hispaniae dyna-
stæ occurrerat, qui vicem miseras tantu ducis, quod
jam inops, atrita veste, sine comitatu ambularet, ho-
spitia subiret paupertina. Cui Borgias: Ego mihi, mi Do-
mine, sat is. Dum enim iter facio designatorum fe-
duos premittere soleo, qui hospitium mensamque
adornent. Quinam isti sunt? ait dynasta, nusquam ap-
parent, num cos videre licet? Et nos etiam ait Borgias, Borgi-
llius nomen est Cognitio sui, hujus Confidatio informis, Cognitio
quem promerui. Hi mei structores & prodromi, ita rem
agunt, ut in quodcumque diversorum deferat, rametis
desint omnia, id tamen in lucro ponam, & tanquam in
immerentem collata beneficia interpreter. In Calensi
Lusitanæ Collegio janitoris officio, sumus Borgias,
cum civium quidam jugulari porcum eleemosynæ vice
superiore partem domus non sine labore per gradus aporta-
vici. Mirantibus sociis facti commendationem sic elati-
fici: Quid mirum, & porcus porcum commodè potest?
nec domi solum Franciscus operam coco dedit, mensis
ministravit, pedes singulorum frequenter oculari con-
suevit, sed in Xenodochiis etiam ægrotis alacritate mi-
râ servit. Indigne tulit cacodæmon tantum submissio-
Ctatis studium, & sumptuæ specie humanæ: Quid tibi, ait maxima
hic negotii? Tantus cùm sis, in hominum face versari cum
qui potest? Franciscus subdoratus dolum, ut fastum re-
quendatur. Evidet ego, inquit, magis miror, te ingento
prædictum tam superbo, me miserum ramen alloquo
dignari. Hic speciosa larva in auras abiit. Audierat Bor-
gias impostorem quendam triremibus addictum quod
te Franciscum Borgiam simulans jactasset. Hic Borgias
mirari hominem extitisse adeo excordem, qui maximu-
peccatoris personam induisset. Quod si ille, inquit, tri-
remibus affigitur, quia meum sibi nomen ultrapavit,
quid me fieri par est, qui non inane peccatoris nomen
gero, sed & peccatis fecero? Ita Borgias ad humilitatem
studium derivans omnia, in omnibus semper faciem
Dostaini quæsivit & reperit.

**Beatus Ignatius Societatis minimæ parens freq-
uerter è vilissimis quibusque rebus, è frondis, plantule, flo-
ris, aut fructus, è vermiculi aut alterius animalculi as-
etu mentem in Deum rapuit. Atque ex hac ipsa Numeri
in omnibus quærendi assidue Ignatius, uisibilis
deus in omnem vitam documenta haudit. Et revera
Deus in minimis etiam maximus est, & nusquam non
familiarissime adiri potest. Vel apiculum, vel culicem, Rem
vel formiculam sumamus, uberrimam laudandi Contra
ditoris materiem subministrabunt. Considera, quælo
corpusculum gracillimum quidem, membris tamen pat-
ribusque certis distinctissimum: in pice capillum, ocellos,
oculum, rotamque reliquam corpusculi compagin exili-
minissimam; expende tam minuti animalculi partum,
motum, incessum, laborandi officium, colligendi stu-
dium, peritiam obstupescendam, quid cavere, quid fugere,
quid averari, quid porrò quare, quid amare,
quid debeat prosequi. Attende totius bestiolæ colores,
ductus, lineas, etiæ in tantilla iras, apperentias, cetera-
que**

que naturalem indolem. Ubinam ille artifex, qui manu A opifice, vivum tale animalculum representet?

§. III.

Ergo querite Dominum, querite faciem eius semper in minutissimis etiam atque abeclissimis Mundi particulis.

Querite, inquam non ut iis instar pecorum fruani, quæ ad prælepe aut in pratis strætam sibi mensam invadunt, & herbas pascuas lingua demerunt, nec longas preccationes ante sumendum pabulum texunt, sicut rati modo Conditorem colunt. Ultra pecudes sapienti homo, cui triplex temporis differentia soleritissime obseruanda. Aut enim homini bene est, ut ægræ ac male, aut dum nec male nec bene, sed mediocriter est. I. Cùm homini bene est, cùm labor succedit, cibus sapit, somnia ac quietis reficit, cùm & oculi & aures ceteraque sensuum sua quisque voluptate pascitur, cùm animus sibi plaudit, & gaudio exultat, cùm pæne omnia ad votum respondent, huc animus humanus, quædam potest suavissimas ac plenissimas affectibus, se in Deum erigat, & ante omnia secum ipse querat; à quo obsecro, cibus tam gratius, tam suavis potus, tam pulchra vestis & unde mihi hoc gaudium? haec amicitia & refocillatio, haec festivitas & oblectatio, unde & à quo? A Deo bonorum omnium fonte hic rivulus fluit. O mi amantissime Deus, tu ista das, è tua matre hac accipio. Sed quanto tu omnibus istis melior, pulchrior, dulcior?

II. Cùm homini male est, labor molestus, irritus, negotia non procedunt, cibus non sapit, somnus brevis & inquietus, dolores aut morbi vellificant, curæ turbant, multa dispergit, affligunt, cruciant, adverba sunt plurima. Unde haec omnia? Ab ipsissimo Deo. Hic quisque dicat: O mi optime Deus, aut me justissime punis, aut exerves & probas amantissime. Te Deum ac Dominum meum æquè complector dulcem & austernum, non minus te veneror flagellantem ac coronantem. Ad utrumque, tui causa, paratus sum. Profectò & illa Deum invent in omnibus, quæ patitur, malis.

III. Cùm homini nec bene est, nec male, cùm malitia obtinet & rerum mediocritas: non est satan nec cursus malus, nec dulcis est vita nec amara, nec gaudium, necluctus afficit, mediocria omnia, & tolerabilia, singulariter nihil aut eximium. Hic maximè querendus Deus, & vel agenda gratia ob placidam hanc quietem, aut placandus Deus ob futuram forsan turbationem: nec enim diu hic rerum status durabit. Fors mite hoc seruum tempestatem nuntiat, fors prosperitas sequetur omnibus procellis periculosior. Deus igitur quædam ardenter quærendus, ut quoquo modo res cadant, presentarius sit auxiliator.

Neque vero Deum ita querere, magni molimur, aut opero conatus est. Solis duabus voculis hoc totum agitur; dic animo: Mi Deus, mi bone Jesu Domine Jesu; mox adeo invocatus, & noscendum se præberet cernendum se exhibet. Sed absit quærendi tedium; naufragium tam facilè non occurrit Deus. Ludunt subinde cum liberis parentes, & suaviter jubendo dicunt: Quare, quare, tuum est, quod invenis; nec ita occulunt, quod quæri volunt, ut non facile inveniri queat. Simillimum Deus non ita se abdit ut reperi non possit, qui quæri tantopere cupit. Ita herus prodeambulans foras, studio chirrohecam manibus finit elabi, mox cani ad ista eruditio: Quare, air, quare, quare. Haud aliter nobis eum agit Deus, atque cum familiari animante dominus, cum filii pater aut mater. Quærere, quærere: nec enim ita me abscondam ut inveniri nequeam. Planissimum Christi promissum est: Querite & invenietis. Quædam sedulè illa vidua vel unicam amissam drachmam quærerat, accedit lucernam, everrit domum & querit diligenter, donec inveniat. Ergo querite Dominum, quærie faciem eius semper.

Quædam accensus animo Augustinus ad querendum Aug. tom. 3. Deum: Domine Deus meus, inquit, una spes mea, exaudi me, l. 15. & ut, ne satigatus nolim querere sed queram factum tuum semper, de Trin. ca. & ardenter. Tu da querendi vires, qui inveniri te fecisti, & mibi p. 388. magis magis inveniendi te spes dedisti. Coram te est firmitas & infirmitas meæ; illam serva. Istan sanam. Coram te est scientia & ignorantia mea. Vnde mihi aperisti, suscipe intrantem; ubi Idem in So- classisti, aperipulasti. Nemo te amat, nisi qui te videt; & ne- mo te videt, nisi qui amat. Reciproca sunt ista; alterum si- ne altero nullum est. Quocirca querite Dominum & con- Psal. cit. firmamini, querite faciem eius semper. Tam suavis, quædam utilis est labor in rebus conditis querendo agnoscere Conditorem.

CAPUT IX.

Danielis sociis in rogo Babylonico illæsi mira- B culo multiplici. Quantæ virtutis sit in igne non ardere.

TRIBVS Hebreis optimatibus in igne missis, mox Tadafit è calo quartus. Angelus Domini descendit cum Dan. c. 3. Azariæ, & sociis eius in fornacem & excusit flamman ignis de v. 49. 50. fornace, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem.

Hunc quartum Nabuchodonosor qui solus eum vide- Tertul. I. 4. rat, similem filio Dei appellat. Tertullianus, Ireneus, Hippolytus Martyr, Augustinus, Rupertus, alii, hunc qua- contra Mar- cionem. 16. tum existimant fuisse Christum, qui humana natura & 21. & l. o. olim assumenda imaginem incederit, ut fesse ad futurum adversus Pra- Servatoris officium velut exerceret, & cruentam in xeam c. 16. crucem trahendam in flammis innoxis ordiretur. Ab his Ireneus I. 4. non alienus Joannes Maldonatus: Opinio est, inquit, c. 37. & l. 5. Hippol. valde probabilis. Nam & Christus a se appellatur An- Mart. Orat. gelus. Hinc & sacrum Ecclesiæ carmen: Surrexit Ori- de Cor. Jam- fus de sepulchro, qui tres pueros liberavit de camino ignis ar- matione mudi. Au- dentis. Alleluia.

Hic ergo quartus in flammis cantor, musicus, seta Chrifetus, five, quod pæne malum dicere, Angelus, Fecit tecum. Ru- medium fornacis, quasi ventum roris flantem. Hinc Hebrei perius. 6. tres juvenes inter horrendos flammam vortices, velut de Victoria deambularunt. In igne non comburi, non grande tan- tum, sed & multiplex mirum, de quo huc differendum. Addemus; quantæ sit virtutis inter impudicitia ignes 8. Miranda in igne Ba- non ardere.

§. I.

Primum ignis Babylonici mitaculum numeramus I. Luxit & istud: Luxit & non usit. Quod explicans Basilius: Deus, inquit, nonnumquam duas ignis vires, alteram lucendi, alteram urendi sic invicem separat, ut aliquando vis lucendi suo munere fungatur, non augem vis urendi, ut contigit tribus his juvenibus in fornace ignis; interdum contra supprimitur vis lucendi, & libera re linquitur vis urendi. Talis est signis inferni, ut cum maxime urat, minime tamen luceat.

II. Hic Babylonius ignis, longè diffitos consumpsit, dios non sui medios, nec quidem contigit. Quod luculentè facra contigit. pagina testatur: Porro viros illos, qui miserant Sadrach, Mi- Dan. c. 3. v. 22. sach, & Abdenago, interfecit flamma ignis.

III. Funes & vincula combusserunt, vestes & corpora nec minimo laeti. Hebrei optimates isti veluti tres canes ligatis pedibus in flamas precipitati sunt, aut sicut pistor in furnum immixit panes. Sed habuit flamma, ut corpora Gregorius loquitur, vim fuam ad solatium, non habuit non laetit. ad tormentum. Quædam sapientis ignis vincula exsuffit, vin- Etos non laetit. Auget miraculum Theodoreus qui ca- tenas vinculaque ferrea eis injecta vi ignis liquefacta, indumenta nec levissime adusta pronuntiat.

IV. In igne tam violento ac rapido non respirare 4. In igne tantum & loqui, sed & cantare potuerunt. Admiratus cantare pos- hæc terunt.